

**S**i hic bellum esset.  
Quo ires?

Si maxima pars patriae, maxima pars oppidi  
bombis deleta esset?

Si parietes domus, in qua cum familia vivis,  
foramina haberet? Si omnia vitra fractae essent,  
tectum abreptum esset?

Hiems imminet, calefactio defecta est, tectum  
imbres transmittit. Solum in cellario vivere  
potestis. Mater tua bronchitide laborat, et mox  
iterum pneumoniam accipiet. Frater maior  
calamitate cum mina tres digitos manus  
sinistrae amisit et nunc parentibus invitis  
militiam adiuvat. Soror minor particulis  
granatae in capite vulnerata est, in  
valetudinarium iacet, ubi omnes res desunt.  
Avus et avia de vita decesserunt, cum bomba  
gerontocomium eorum contigerit.

---

**bomba**, -ae f. = Bombe; **paries**, -etis m. = Wand; **foramen**, -minis n. = Loch; **vitrum**, -a, n. = Fensterscheibe; **abreptum** (v. abripere = wegreißen); **hiems**, -is f. = Winter; **calefactio**, -onis f. = Heizung; **imber**, **imbris** m. = Regen; **cellarium**, -i n. = Keller; **bronchitis**, -idis f. = Bronchitis; **pneumonia**, -ae f. = Lungenentzündung; **mina**, -ae f. = Mine, Sprengfalle; **amisit** (v. amittere = verlieren); **parentibus invitis** = gegen den Willen der Eltern; **particula granatae** f. = Granatsplitter; **caput**, -itis n. = Kopf; **valetudinarium**, -ii n. = Krankenhaus; **de vita decedere** = sterben; **gerontocomium**, -ii n. = Altenheim, Pflegeheim;